

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9713

**Auteur(s) :** Henri II, Bayeux (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1169-1185]

**Action juridique :** notification

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Henri [II], évêque de Bayeux, notifie les donations faites à l'abbaye de Saint-André-en-Gouffern par Robert de Bretteville, par Guillaume Tanetin et par les hommes de Robert de Breteville[-sur-Laize].

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6546bis.

### Éditions principales

a. Dupuy Hubert, *Recueil des actes des évêques de Bayeux antérieurs à 1205*, Thèse, École des Chartes, 1970, 2 vol. (dactyl.), n° 114.

### Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 58-63, p. 416.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Renouf, chancelier de Bayeux, avant 1176 - vers 1191. Étienne, archidiacre de Bayeux, vers 1169 - avant 1185. Nicolas, prieur de Plessis-Grimoult, 1150/1154-avant 1190.

### Texte d'après A

Henricus, Dei gratia Baiocensis episcopus, omnibus sancte matris Ecclesie fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino perpetuam. Noverit universitas vestra Robertum de Brettavilla concessisse et dedisse ecclesie Beate Marie et Sancti Andree de Gofer et fratribus ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam terram Gilleberti sacerdotis, eodem Gilleberto concedente. Que terra est inter cheminum et Chastelet, et quicquid de dominio suo ibi habebat ei ecclesie concessit. Willelmus etiam Tanetin, totam terram quam de predicto Roberto tenebat, suo concessu, predicte ecclesie in perpetuam elemosinam dedit. Homines autem Roberti de Britteville, ipso concedente et Rogerio filio Garini genero suo, de terris suis eidem ecclesie dederunt, hec que subjecta sunt, Robertus Rabel de feodo suo X acras, filiis suis concedentibus ; Bernardus Rabel et filiis ejus concedentibus, IIIes acras de feodo suo ; Osbernum Parvus et Radulfus Feron .III. acras et dimidiam ad Buschet ;

Unfridus filius Huismelini et Ermengart ejus uxor, de feodo suo unum campum circa unam acram habentem ; Manesserius Agilon .IIIes. acras. Idem vero Manesserius dedit predicte ecclesie de terra sua de Brittevilla .X. acras. Pro qua donatione predictus Robertus de Brittevilla concessit ei terram de Tornorio que sui juris erat. Preterea ut hec compositio rata haberetur, Robertus de Brittevilla dedit Rogerio filio Garini genero suo et uxori et filiis ejus .CCC. solidos Andegavensium. Idem vero Manesserius et idem Rogerius et Robertus ejus filius hanc compositionem tenendam et conservandam fide firmaverunt. Necnon fuerunt alii qui pro animabus suis et patrum suorum et matrum de terris suis predicte ecclesie dederunt : Ranulfus, filius Hugonis, IIIes virgatas, Radulfus Burnuf .III. virgatas, Angotus .IIas. virgatas, Bernardus Achanel .IIas. virgatas, Bernardus Rabel et Manesserius .I. virgatam et dimidiā, Bernardus Rufus dimidiā acram, Aschetillus Achanel .IIIes. virgatas et dimidiā, Rogerius Jumel et Douin frater ejus .I. acram et dimidiā, Rogerius Patric .I. acram, Willelmus Rabel dimidiā acram. Has vero omnes donationes quietas et liberas ab omni redditu et omni servitio predicte ecclesie prefati donatores dederunt. Quod quia ratum et inconcussum volumus permanere in posterum, id carte nostre testimonio sigilli nostri patrocinio communimus. Testibus his, magistro Rannulfo cancellario, Stephano archidiacono, Nicholao priore de Plesseicio, Henrico de Sonnigerew, Roberto Capellano, Jocelino clero, Rogerio Bouet, Henrico Prudentia et pluribus aliis.